



UNA VOCE VENETIA

7 Agosto

San Gaetano da Tiene Confessore

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum *Matth. 6, 24-33*

IN ILLO témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nemo potest duóbus dóminis servíre : aut enim unum ódio habébit, et álterum díliget : aut unum sustinébit, et alterum contémnet. Non potéstis Deo servíre et mammónæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis ánimæ vestræ, quid manducétis, neque córpori vestro, quid induámini. Nonne ánima plus est quam esca : et corpus plus quam vestiméntum? Respícite volatília cæli, quóniam non serunt neque metunt neque cóngregant in hórrea : et Pater vester cæléstis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cógitans potest adjícere ad statúram suam cúbitum unum? Et de vestiméto quid solliciti estis? Consideráte lília agri, quómodo crescunt : non labórant neque nent. Dico autem vobis, quóniam nec Sálomon in omni glória sua coopértus est sicut unum ex istis. Si autem fænum agri, quod hódie est et cras in clíbanum míttitur, Deus sic vestit : quanto magis vos módicæ fidei? Nolíte ergo solliciti esse, dicéntes : Quid manducábimus aut quid bibémus aut quo operiémur? Hæc enim ómnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quía his ómnibus indigétis. Quærite ergo primum regnum Dei et justítiam ejus : et hæc ómnia adjiciéntur vobis.

Dal Vangelo secondo Matteo *Matt. 6, 24-33*

IN QUEL tempo, Gesù disse ai suoi discepoli: Nessuno può servire a due padroni; infatti, o avrà l'uno in odio e amerà l'altro; ovvero si affezionerà a uno e non farà caso dell'altro. Non potete servire a Dio e a mammona. Perciò vi dico: non preoccupatevi di quello che mangerete, né di che vi vestirete: l'anima non vale più che il cibo, e il corpo più del vestito? Guardate gli uccelli del cielo, che non seminano né mietono, né accumulano nei granai, e il Padre vostro dei cieli li nutre. Non siete più di quelli? Chi di voi, angustiandosi, può allungar di un palmo la sua vita? E perché mai siete preoccupati per i vostri vestiti? Guardate come crescono i gigli del campo: eppure non lavorano né filano. Tuttavia vi dico che neppure Salomone, nello splendore della sua gloria, fu mai vestito come uno di essi. Ora, se Dio veste così l'erba del prato, che oggi esiste e domani sarà gettata nel fuoco, quanto maggiormente voi, o uomini di poca fede! Non vogliate dunque essere preoccupati, dicendo: che cosa mangeremo o che cosa berremo o di che ci vestiremo? – perché sono i gentili che cercano queste cose – poiché il Padre vostro sa che voi avete bisogno di tutto ciò. Cercate quindi prima il regno di Dio e la sua giustizia, e ogni altra cosa vi verrà data in più.